



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Antiquae Lectionis Tomus ...**

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqua monumenta, nunquam edita

**Canisius, Heinrich**

**Ingolstadii, 1602**

Caput 17.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64160](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64160)

**V**itigitur Gundiochus rex Burgundionum ex genere Athanarici regis persecutoris. Huic fuerunt quatuor filij, Gundobad<sup>o</sup>, Godeghyselus, Chilpericus, & Godemarus. Gundobadus Chilpericum fratrem suum interfecit gladio; Vxorem eius ligato ad collū lapide aquis immerfit: Duos filios eorum gladio trucidavit; duas filias exilio condemnauit; quarum senior nomine *o* Sedeleuba, mutata veste se Deo deuouit, iunior *p* Chrotildis vocabatur.

Caput 17.

n. al. Gothichifus. Greg. 2. c. 28. Godegifilus.

o. ap. Greg. Mucuruna. p. al. Crothchildis.

**O**rro Chlodoue<sup>o</sup> legationem in Burgundiā sepius mittens, conquirentes Chrotildem. Et cum nō esset licitū eam videre, Chlodoueus Aurelianum quendam ex Romanis, ingenio quo posset ad Chrotildem videndam direxit. At ille in singulis ad instar medici peram ad dorsum ferens, veste deformi ad illas perrexit partes, anulum Chlodouei, quo potius crederetur, secum portans. Cūq; ad *q* ianua[m] ciuitatis, vbi Chrotildis cum Germana Sedeleuba sedebat, venisset, & illas hospitalitatem peregrinis exhibere audisset, eum cum causa mercedis suscepisset, & pedes eius Chrotildis lauaret, Aurelianus verbo secreto inclinans ad eam dixit, Domina mi, grande verbum tibi nunciaturus sum, si locum dare dignaris, vbi secretius suggeram. Illa annuens verbo secreto audiens. Dixitque Aurelianus, Chlodoueus Rex Francorum me direxit. Si voluntas Dei fuerit, te vult culminis tui sociare coniugio. Ut certa fias, hoc anulum tibi direxit. Quem illa accipiens gauisa est gaudio magno. Dixitq; ad eum, Accipe centum solidos pro laboris tui munere & anulum hoc meum; festinans reuertere ad Dominum tuum & dices, Si me vult in matrimonio sociare, protinus  
per

Caput 18.

q. al. adiret ne nam ciuitatē.